

Actum ergo interiorem intelligimus qui interius perficitur, intellectu scilicet et voluntate cum motibus sensuum interiorum.

Actum autem exteriores dicimus non reduplicative sed specificative, ut intelligatur actus humanus voluntarius et liber qui tamen exteriores seu corporalem exsecutionem includat.

Circa divisionem actuum in interiores et exteriores,
dupliciter proceditur. Primo modo, ontologice, ut actus
in voluntate elicitus dicatur interior, actus autem in
potentia quadam exsecutiva elicitus nominetur exterior.
Ita velle eleemosynam dare est actus interior, sed de
marsupio denarios sumere pauperique tradere est actus
exterior. Alio modo, moraliter, ut volitio finis dicatur
voluntati interior quia ei est actus proprius et in ipsa
voluntate completur, sed actus humanus compositus

Iam vero ipsa actuum divisio in interiores et exteriorum non semper eodem modo intelligi videtur, neque ~~mixtum~~ mira est haec incertitudo cum tres sunt actus distinguendi et duo tantummodo sunt nomina adhibita. In iis enim quae voluntarime agimus, alia est finis volitio, alia est volitio obiecti quod ad finem conducit, et tertia huius volitionis exterior exsecutio. E. g., qui propter dilectionem Domini vult eleemosynam dare et de marsupio denarios sumit pauperique tradit, (1) diligendo Dominum vult finem, (2) ~~am~~ volendo eleemosynam dare obiectum eligit quod ad finem facit, et (3) denarios pauperi tradendo hanc volitionem exsequitur.

Oritur ergo haec actuum divisio in interiores et exteriores, ubi ~~in~~ obiectum quod volumus etiam nominat actum quem ipsi exsequimur. Ita 'eleemosynam dare' vel 'furari' in primis nominant obiecta sive considerationis sive volitionis. Deinde, ipsa voluntas circa haec obiecta multipliciter se habere potest secundum actum interiore, ut desideret eleemosynam dare, vel vellet si abundarent dare fit denarii, vel actu velit. Tertio denique est ipse actus exterior, cum quis de marsupio denarios sumat alterique tradat

Oritur divisio actuum in interiores et exteriores,
ubi obiectum quod volumus etiam est actus a nobis exsequendus,
uti ~~mixtum~~ eleemosynam dare, vel furari, vel quocumque aliud
motu corporali ~~mixtum~~ agimus vel patimur.

Ipsa autem divisio dupliciter fieri videtur.

Primo modo, prout actus elicitor in ipsa voluntate
vel in alia potentia, ut actus interior sit velle aliquid
facere, et actus exterior sit illud facere quod velimus.
Ita velle ~~mixtum~~ eleemosynam dare est tantummodo interior actus;
sed de marsupio denarios sumere alterique tradere est actus
exterior.

Altero modo, prout actus voluntati proprius est finem
velle, et ideo semper ipsi voluntati interior est, sed
ea velle quae ad finem sunt

pro statu huius vitae quidquam intelligere potest nisi suum obiectum phantasmate repraesentatur; neque efficaciter velle possumus quod intellectu conspicimus, nisi phantasmatibus sensibilibus accedunt vis quaedam appetituum sensitivorum excitatrix et illa virtus motiva quae usque in motus corporales influere potest. Quam ob causam, in nobis non agunt intellectus et voluntas, nisi simul operantur non solum phantasia sed etiam illae aliae vires sensitivae quibus motus ~~fars expersarum~~, linguae, ~~membrorum~~ oculorum aliarumque corporis partium perpetuo fere regimus. Quod si communi rerum cursu usque cotidiano nullo negotio neque attentione explicita actus exteriores interioribus correspondentes exercemus, minimè ideo debemus vel ~~max~~ eos exsistere negare vel eorum necessitatem ignorare.

Praeterea, non solum actus exterior actusque interior mutuo se exigunt atque correspondent, sed etiam aliis ex alio propriam intensitatis mensuram accipit. Non enim sensus agit, sed homo per sensum; neque intellectus agit, sed homo per intellectum; et ideo acquisiti est ut quod placidus intelligit et vult, lentioribus corporis motibus exprimit, quod autem intensius mente perspicit et voluntate prosequitur, illud vehementioribus atque maioriibus actibus externis manifestat.

Accedit quod tota hominum communio atque communicatio per actus exteriores mediatur.